

- 3 Sententiæ justitiam decisiones comprobant.  
 4 Confessio doris recipie adminiculata probat numerationem.  
 5 Retentio competit, ubi compensatio non suffragatur.  
 6 Subhaſtatio præsumitur valida.  
 7 Dos detrahitur de fideicommisso ascendentis, si non extant bona libera.  
 8 Tertius non potest impedit executionem, maxime si fuit citatus. Amplia ut n. 10.

**M**andatum Rotale contra hæreditaria bona Hieronymi relaxatum pro dote Franciscæ uxori restituenda, ipsa prædefuncta, sancitum fuerat in sententia ad Dianæ hæreditiam instans, ac Demetrii hujus cessionarii in hoc Tribunali postmodum edita, exequendum esse contra bona per fratres de Fanellis modo possessa, Avita, licet quondam Galeatii fideicommisso subjecta, cum nulla Hieronymi debitoris bona supersint; super cuius ulterior executione sententia, proposito per me dubio, affirmativè hodie DD. responderunt; Quia jam cœpta per mandati relaxationem executio, \* ritè tamen, ac rectè peracta, debet prævio ad ulteriora processu terminari, ut debitis tandem litibus finis imponatur, leg. quidam existinaverunt, in fine, ff. de reb. cred. l. terminato C. de fruct. & lit. expen. leg. Properandum Cod. de judic. Soccin. in l. singulis nu. 2, ff. de except. rei judic. Alex. in leg. qui bona §. ultim. n. 2, ff. de damn. infect. Surd. consil. 271, nu. 15, Rot. in montis Falisci supplementi legitime 18 Junii 1642, in §. Cuius ratio, coram R. P. D. meo Bichio, & in hac eadem causa 24 Aprilis 1643, coram R. P. D. meo Cerro.

Mandati autem validitatem acta ipsa revolutione demonstrant, ex quibus omnia à jure requisita \* ibidem convincuntur contineri, juxta traditionem præmixim in decif. Verall. 260, part. 2, sèpius hoc Tribunali receptam.

Justitiam verò designant decisiones hæc tenus 3 edita in hac causa tam \* coram bon. me. Buccabellæ sub die 16 Martii, & 3 Decemb. 1635, quam coram R. P. D. meo Cerro die 24 Aprilis 1643, & 9 Decembbris 1648, ut alias firmavit Rot. in una Ravennaten. seu Ferraren. Decimaru 24 Januarii 1650, coram me.

Neque prefatam executionem retardare poterunt exceptions à fratribus de Fanellis denuo repetitæ. Siquidem prima non justificatæ dotis objectio, quippe quæ ex sola Hieronymi viri confessione de recepto ab ipsa uxore, ejusque 4 hæredibus deducatur, \* tollitur ex decisionibus hæc tenus editis in hac causa, quibus fulta dignoscitur adducta confessio pluribus, atque urgentibus conjecturis legitima, proinde veræ dotis probationem præ se ferentibus secundum Salyc. in l. si mater nu. 1, C. de contrah. empt. Bald. in l. n. 4, C. de privil. dot. Decian. consil. 96.n.3, Natt. consil. 548, n. 25, Surd. consil. 486, n. 7, & 8, cum seqq. Card. Mant. de tacit. lib. 11, tit. 20, n. 19, Rot. coram Greg. decif. 62, n. 2.

Altera vero objectio exinde deducatur, quod in ipsa dotis configuratione ex A. C. decreto debuerant ab hæredibus Franciscæ mobilia restitu in computum dotis receptæ, vel saltem certus eorumdem valor, tunc temporis compensari; Removetur pariter ex alio ejusdem A. C. decreto, quo mediante, à pluribus annis legitima eorumdem mobilium subhaſtatio præcessit, quæ proinde Franciscæ successores ab eorum restitutione mobilium reddidit immunes, ut respondit Rot.

## Decisions

coram R. P. D. meo Cerro sub die 9 Decemb. 1648, in §. aut verò prætenditur.

Ad compensationem verò valoris (dum in eodem decreto restricta fuit ad casum integræ dotis restituta) (adhuc arcata non fuerant, dum dos integræ soluta non extitit, ita ut se possent \* etiam 5 retentionis ope tueri, per text. in l. si non sortem, §. si centum ff. de cond. ind. ubi post gloss. in verb. retinebitur, tradit Bart. in fine, Caſtr. & Alex. n. 6. Jafson n. 10, ceterique communiter, idem Caſtr. in l. si quis aliam n. 4, ff. de solut. & in l. petenti in fin. ff. de pig. & act. Neguf. de pign. in 2, membr. 3, p. n. 20.

Non obstat, quod eadem subhaſtatio nullitati videatur obnoxia, postquam non obstantibus oblationibus, atque deposito per fratres de Fanellis oblato, \* ad eam Iudex procedi mandavit, 6 cum praefata nullitatis objectio, ex contraria præsumptione tollatur, pro subhaſtationis validitate, atque justitia vigente, ex tradit. per Bald. in l. ordo n. 5. Cod. de rescind. vend. gloss. in l. à D. Pio. §. si pignora in verb. quam ff. de re jud. ubi etiam Jaf. n. 2, & 3, Surd. consil. 256, n. 8, Rot. in Narni. dotis 4 Februar. 1628, coram Ubaldo. post Moder. Perus. de subhaſt. dec. 75, n. 9. Dum maximè damnum ex distractione mobilium Fanellis illatum, ac laſio exinde contingens adhuc probata non fuit, nec oblationes integræ factæ fuerunt ab ipsi metu Fanellis, ut allegant illius Informantes.

Terria denique exceptio ex jure fideicommissi petitia per quondam Galeatium de Fanellis, eorumdem avum præordinati (super quo propter negant mandatum contra bona hæreditaria Hieronymi relaxatum exequi posse) ob nondum iustificatam bonorum identitatem, nec consumptionem detraktionum ipsi Hieronymo fideicommittentis descendenti competentium, illiquida redditur, atque incerta, adeoque mandati \* executionem retardare non valet, jux. text. in l. ult. C. de compensat. Affict. decif. 382, sub n. 15. Rot. coram Seraph. decif. 1455, n. 3, & coram Greg. 220, n. 5, & in aliis recentissimis in Romana successione 24 Januarii præteriti coram R. P. D. meo Corrado in ult. §. Removetur præterea, ex auth. resque C. omnia de leg. desumpta, ex auth. de refit. & ea quæ pariter in §. quamobrem, cuius virtute dispositionis ascendentium bona licet fideicommissio supposita, hypothecata \* redduntur pro restituenda dote dependentibus, quoties bona libera, prout in proposito casu, non supersint, ut plures firmavit Rot. videlicet coram Seraph. decif. 278, n. 5, in Romana dotis 30 Martii 1618, coram bon. mem. Card. Veroſpicio, & in alia Romana dotis 23 Maii 1645, coram R. P. D. meo Othobono, & in hac eadem causa 9 Decembbris 1648, in §. omisſis enim, coram R. P. D. meo Cerro, sive ab ipsa muliere, sive ab ejus hæredibus dotis restitutio petatur, ut notat Caſtr. in d. auth. res que n. 10, Menoch. consil. 34, num. 42, Rot. coram Seraph. decif. 688, num. 11, ubi præterea considerat, quod actio (prout in casu proposito) ipsa vivente muliere orta jam fuerat, & in Romana dotis 14 Febr. 1642, in §. cuius auth. dispositio, coram Reverendiss. D. meo Decano, & in hac eadem causa 24 Aprilis 1643, in ult. §. coram R. P. D. meo Cerro.

Neque idem fratres de Fanellis ut tertii hominum possessores processum executivum \* poterunt impediare, vel quia in quolibet actu contra ipsos fuit repetita citatio, jux. theor. Caſtr. in l. cum filius fam. nu. 3. ff. de verb. signifi. quam probarunt Dec. consil. 187, n. 2. Ruin. consil. 34. in fin. volum. 5, Aymon. consil. 12, n. 8. Surd. consil. 24, num. 12, & plures alii relati per Mareſc. var. lib. 1,

cap. 86.

## Ad materiam de Alim. Decis. LVI.

103

cap. 86, nu. 51, & lib. 2, cap. 121, nu. 7, Scacc. de appell. queſt. 17, limit. 6, membr. 4, n. 52, Rot. in hac eadem causa sub die 24 Aprilis 1543, coram R. P. D. meo Cerro, & in Civitatis Caſtelli Spolii 7 Maii 1638, coram R. Terracinen. Et licet citatio contra ipsos, uti hæredes Hieronymi supponatur executa, non autem uti fideicommissarios Galeatii, dum tamen de utroque titulo in actis constabat ab

10 \* citationes ex utroque jure censemur executa ad sustinendam actus, atque sententiæ validitatem, pro qua uti inutiles, & calumniosè circuitus evitentur, omnis debet interpretatio defini, l. quories, & l. merito, ff. pro ſocio, l. cum in testamento, §. hec verba, ff. de hæred. institut. Alciat. reg. præfumpt. 41, Rot. coram Gregor. dec. 282, n. 7, ibique Add. n. 12.

Vel quia, ut superius ponderatum fuit, & coram R. P. D. meo Cerro sub die 24 Aprilis 1643, exceptio fideicommissi turbida redditur, atque illiquida, cuius proinde respectu mandata executive contra hæreditaria Hieronymi bona relaxata, exequi poterant contra bona, \* quæ uti fideicommissio supposita ex adverſo allegantur possideri, dum ipsius subsistentia, atque efficacia apta ad impediendam executionem incontinenti justificata non fuit, prout omnium Tribunalium praxis observare solet, de qua testatur Rot. in Senogallien. Prædi 10 Junii 1619, coram bon. memor. Piouano, & in aliis recentissimis in d. decis. R. P. D. mei Cerri in §. contraria vero in fine.

Et ita, &c.

## DECISIO LVI.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana redditionis rationis.

Luna 27. Junii 1650.

## SUMMARIUM.

- 1 Tutor hæredes rationem reddere tenentur. Amplia ut n. 2. Liberatio à redditione rationis intelligitur de scrupulosa, n. 3.  
 4 Tutor qui administravit prius tenet rationem reddere. Qui aliquid gessit non gaudet beneficio Ordinis, n. 5. Amplia ut n. 6. Et de ratione, n. 7. De administratis à contatore, finitâ tutelâ, non potest conveniri, n. 8. Amplia ut n. 9.  
 10 Subtrahit libri tutelaris non probatur. Non probata illius existentia concludenter est probanda, n. 11.  
 12 Testes probant negativam, quando illam coarctant.

**Q**uemadmodum Ascanius Serdonatus, & Franciscus Causeus tutores testamentarii Laurentii, & fratrū de Vallerois, tutelares rationes reddere, si in humanis agerent, tenerentur, l. 1, & tot. tit. ff. de tut. & ration. distrah. §. fin. inst. de util. tut. ita eis defunctis iporum \* hæredes teneri inclusum fuit, per text. in dict. l. 1, §. hanc actionem etiam in hæredem competere constat, ff. de tut. & rat. distrah. l. pater vester 2, cum duabus seqq. C. de tut. l. omnes tutores §. l. tutelæ actio 12. C. arb. tut. Dec. consil. 110, n. 7, vers. & ista redditio. Cancer. var. refol. part. 1, cap. 7. nu. 38, Guttier. de tut. & cur. part. 3, cap. 1, n. 2, Montan. eo. tral. cap. 39, n. 81, Rot. decif. 211, n. 1, part. 4, tom. 2, recent. etiam de neglectis, & ad usuras pupillares, l. cum ostendimus 4, ff. de fidejuss. & nominat. tut. l. tutor. qui repertorium 8, §. pecuniae, ff. de ad-

min. tut. Guttier. ubi suprà part. 2, cap. 9, nu. 21, Leo. decif. Valent. 15, n. 6.  
 Non obstat, quod Andreas pater predictorum de Vallerois, prænominatos tutores \* liberaverit à redditione, rationis, & propterea ad eam compelli nequeant, ad trad. per Dec. cons. 192, num. 3, Borgn. de tut. n. 155.  
 Quoniam hujusmodi liberatio non excusat ab omnimoda redditione, ac reliquorum restitutio- 3 nis, \* sed tantum ab exacta, & scrupulosa inquisitione; alias enim facilis nimis præberetur occasio delinquendi, & pupillos fraudandi, l. quidam decedens 6, in princ. ff. de admin. & peric. tut. l. si servus vetitus 123, & ibi gloss. ff. de Legat. l. non solum la 2, §. pen. l. si quis rationes. 10, l. Aurelio 21, §. Cajuſ. ff. de liberat. legat. Caſtr. consil. 445, sub n. 3, lib. 2, Rimini. jun. conf. 576, n. 5, lib. 5, Paris. conf. 21, n. 56, & seqq. lib. 2, conf. 8, n. 22, lib. 4, Menoch. de præfumpt. lib. 4 præfumpt. 164, n. 1, Rot. dec. 762, n. 8, part. 2, recent. coram sancta mem. Gregor. XV. decis. 187, n. 11, cum aliis latè congregatis in Romana recessione transactionis 29, Maii 1648, §. nec enim coram R. P. D. meo Corrado.

Minus obstat, quod Serdonatus tantum administraverit, ideoque Causeus gaudere debeat beneficio ordinis, \* ut scilicet prius conveniantur Serdonatus, seu illius hæredes, jux. text. in l. si plures curatores 3, l. tutores 30, §. in eum ff. de admin. & peric. tut. l. fin. C. de divid. tut.

Quia hæc exceptio tollitur ex testibus, ac ex publicis documentis, in summario illorum de Vallerois relatis nu. 1, 2, & 3, ex quibus apparet, quod Causeus \* pro tutoře se gessit non solum bona hæreditaria Andreæ præfatorum patris describendo, sed etiam vineam hæreditariam vendendo. Sufficit autem, quod modicum quid gesserit ad hoc, ut beneficio ordinis non gaudeat, ac tutelam administrasse dicatur, l. ita autem §. gessisse ff. de admin. & peric. tut. ibique Bart. notat Rot. in Romana tutelæ de Masso 8 Junii 1587, coram Gipſio, relata per Gratian. discept. 86, nu. 14, & 15, ita ut non solum dictæ rei venditæ, \* fed etiam omnium à contatore gestorum 6 rationem reddere teneatur, d. l. si plures curatores 3, l. tres tutores 56, ff. de admin. & peric. tut. l. 2, C. de divid. tut. tot. tit. C. si tutor non ges. Ronchegal. in l. eandem n. 218, ff. de diuob. reis. Burſatt. conf. 299, n. 8, lib. 3, Peregr. conf. 71, n. 3, lib. 1, Rot. in d. Romana tutelæ de Masso 8 Junii 1587, cor. Gipſio, obligatio enim tutorum est individua, \* cum in solidum erga pupilos teneantur, quibus ipſorum quilibet licet urgere, nisi administratio à Judice, vel à Testatore fuerit divisa, l. divi 32, d. l. tres tutores 56, ff. de admin. & peric. tut. l. 1, C. si ex pluribus tut. l. 2, C. de divid. tut. Surd. conf. 170, n. 11, & seqq. Guttier. de tut. lib. 1, c. 15, n. 6, Rot. decif. 3, n. 19, p. 4, tom. 2, recent. vel nisi, qui tutorio nomine aliquid gessit, verè tutor non erat, jux. distinctionem allatam in Romana domus 17 Martii 1649, §. non alterum coram R. P. D. meo Bichio.

Pro tempore tamen pupillaris tantum ætatis & non ultra teneri Causeum, seu illius hæredes Domini censuerunt, quia non constat ea finita quod ille ex post aliquid gesserit, \* neque enim de administratis à contatore, finitâ tutelâ, potest conveniri, ut habetur in d. l. divi 32, ff. de admin. & peric. tut. l. tutori 20. C. de neg. ges. cum aliis relatis per Gratian. discept. 86, num. 49. Cyriac. controv. 280, n. 16, & 17, quamvis in testamento, etiam pro tempore curator deputatus fuerit, \* quoniam cum non probetur à Judice confirmata.

i 4 matus,

matus, curator dici nequit, *In*ſt. de curat. in princi*p. l. 1, in fin ff. confir. tut. l. Caius 19. ff. de excus. tut. l. tutel*æ 7. C. de testam. tut. Gabr. conf. 25. n. 9. lib. 2. Rot. decis. 470, n. 2, part. 1, recent. & in Romana Salviani 17 Martii 1649, §. subſſtē coram R. D. meo Othobono.****

Quæ verò dicebantur de prætenſa subtractio*n*e libri tutelari*s*, facta per Laurentium, non fuerunt ullo modo babita in consideratione, quia nullæ dantur probationes, nec etiam existentia*æ* 10 \* ejusdem libri inter scripturas, quas Laurentius perquisivit, ut necessarium foret, ex relatis per Adden, ad sanctæ mem. Greg. decis. 129, n. 6, & in Anconitana manu*æ* 21 Junii 1649 sub §. quia nec illius coram R. P. D. meo Corrado, & tamen cùm subtrac*tio* iſta sapiat delictum, \* veniret concludentissimè probanda, leg. merito 51. ff. pro soc. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 86, n. 5, quin imò, ex testibus datis in summ. de Vallerio*n*. 4, & 5, probatur quod scripturæ aſportatae per dictum Laurentium tunc scholarem erant scripta Logicæ, & Legum, coarctando negativam, 12 \* quod liber tutelaris ab illo subtrahi non potuſſet, quin ipſi testes vidiffent, & ſcivillent jux. theoreticam Bart. in l. 1, §. hoc interdictio*n*. 8, ff. de iūnere aſtu*q*; privat. approbatam per Rot. coram Seraph. decis. 951, n. 8, coram Caval. dec. 487, n. 3, coram sanctæ mem. Gregor. XV. decis. 42, n. 4, coram Burat. decis. 41, n. 2, & 9, decis. 260, nu. 1, in Cordub*æ* decimaru*m* 4 Maii 1604, coram Ortembergo, & 8 Maii 1610, coram S. D. N. Innocencio X. tunc hujus Sacri Tribunalis Auditore, & in S. Severinæ Decimar. 14 Januar. proz. præt. coram R. P. D. meo Royas.

Et ita utraque parte, &c.

### DECISIO LVII.

R. P. D. CELSO.

Bononien, Fideicommissi.

Lunæ 5. Decembris 1650.

S U M M A R I U M.

- 1 Immissio fideicommissario, quibus probatis concedatur.
- 2 Tranſactio removet item, & ſententiam.
- 3 Identitas ex quibus probetur, & n. 4.
- 5 Detractione ſemel fac*æ*, non poſſunt amplius prætendi. Compensantur cum fructibus, à die mot*æ* lit*is* perceptis, num. 13. Prohibit*æ* non detrahuntur, num. 15.
- 6 Dictio, niſi, affirmat quando præcedit oratio negati*væ* concepta.
- 7 Liberorum bonorum existentia impedit regreſſum, pro dote ad fideicommissaria, & n. 11.
- 8 Dotandi facultas de bonis fideicommissariis intelligitur in ſubſidium.
- 9 Convenio perfecta non poſteſt alterari, uno ex contrahentibus invito.
- 10 Ceffo transfert jura in cefſionarium.
- 12 Legitima non detrahuntur de fideicommisso particulari.
- 14 Alienatio præſumitur æquare detractiones.

Praeviis tribus decisionibus, in quarum prima firmatum fuit conſtare de fideicommisso ad favorem Comitis Joannis de Pepulis; in reliquo verò non obſtare transactionem; Propofui dubiu*m*; an eidem Comiti sit danda Immissio,

### Deciſiones

\* & Domini dandam eſſe censuerunt, ex quo doce*t* de requisitis necessariis, ad illam obtinendam, ſive ex remedio, l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Peſtre, de fideic. art. 48, n. 5, & ſeqq. Rot. decis. 237, nu. 1, part. 1, recent. & decis. 37. nu. 6, part. 4, & concordantes cumulantur in Romana fideicommissum de Zuccaris 4 Februario*n* currentis anni coram R. D. meo Decano; ſive ex interdicto Salviani, ut in his terminis firmavit Rota coram Seraphino decis. 828, num. 1, & 2, in Romana domus 23 Januarii 1630, coram Queipo, & in Auximana fideicommissu*m* 13 Januarii 1640, coram dicto R. D. meo Decano; Maximè, attenta hypotheca expreſſa omnium bonorum, pro obſervantia ejusdem fideicommissi, Rot. poſt Pacif. de Salv. dec. 292, n. 2, & ſeqq. & in rec. decis. 205, n. 1, p. 7.

Objectum autem ex adverſo deduc*t*, quod idem Comes reportaverit in partibus ſententiam contraria, & propter*æ* non poſſit amplius immiſſionem petere viſum fuit facili negotio tolli, dum illa lata fuit non ex eo, quod non addeſſet fideicommissum, ſed quia Comes non probaverat ad ſui favorem, illud fuſſe purificatum propter existentiam Comitis Francisci, cum quo, cum poſteā tranſactum fuerit, omnis lis remanit extincta, \* & ſententia de medio ſublata, cap. 1, de tranſact. Bald. in l. ſi non ſortem §. adeo in fine, ff. de condic*æ* indebit. Rota coram Sanctæ memoria Gregor. decis. 286, n. 5, & in Melevitana hereditati*m* 5 Martii 1625, coram bon. mem. Merlino.

Identitas verò bonorum, quoad ſeptem corpora in folio deſcripta, ſufficienter justificatur, non ſolū ex ceſſione, & reſtituſione illorum facta ad favorem fideicommittentium, paulo ante condiſum fideicommissum per R. C. quæ prius eadem bona conſificaverat adverſus Comitem Joannem ſeniorem; ſed etiam ex diſiōne inter ipsos fideicommittentes ſequuta paulo poſt condiſum dictum fideicommissum; \* Nec non ex confeſſione Comitis Francisci Authoris adverſariorum. Quibus concurrentibus licet non conſtarē de particula*r*ibus conſinibus, omnia tamen bona ex adverſo poſſeffa in locis generaliter deſcriptis, præſumerentur fideicommisso ſubjecta, niſi interme*diæ*, & particulares acquisitiones probarentur, juxta conf. Fulgo*n*. 145, num. 2, versic. Porro ſi aliundæ Menoch. conf. 704, num. 8, & ſeqq. Peſtre, conf. 35, num. 12, lib. 3, & conf. 19, n. 23, lib. 4, Rota coram sanct. mem. Greg. decis. 575, n. 9, decis. 131, n. 5, part. 1, rec. decis. 407, n. 4, part. 2, & decis. 42, n. 3, & 4, & 179, n. 8, part. 5, & firma*tio* nis fuit in Bononien. fideicom. de Desideris 20 Novemb. 1628, & in Rom. fideicom. 14 Junii 1638, coram bon. mem. Merlino, in Narnien. fideicom. 4 Aprilis 1642, coram R. D. meo Decano, in Bonon. fideicom. de Pancaldis 27 Januar. 1648, & 23 Januar. 1649, coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Bononien. fideicom. de Amorini*m* 18 Maii 1648, coram R. P. D. meo Melito, cum aliis adductis per Gratianum diſcept. forenſ. lib. 5, cap. 969, n. 16, & per Fusar. de ſubſlit. q. 618, n. 45.

Et tamen reſpectu primi corporis concurrit etiam identitas duorum conſinuum nempe Vici nuncupati Vivano, & bonorum Com. Alexandri de Ursis, ſicut reſpectu quarti verificantur conſinia quoad flumen Sot*æ*, & flumen Rheni, & confine Ut*æ*, ſeu Sacrifi*æ*, reſpectu Sexti; Et confine fluminis circa Septimum; ita ut illa, & generaliter, & particulariter remaneat juſtificata. \* Concurrente præſertim continuata ſuſſione 4 in iſdem bonis de uno in alium, juxta notat. per Natt. in conf. 235, n. 17, Rota coram Millino decis. 374.

### Ad materiam de Alim. Decis. LVII.

105

decis. 374, n. 23, & in recent. decis. 87, n. 12, & 13, part. 5, & firmatum fuit in Bonon. fideicommissi de Rubel*æ* 3 Martii 1603, coram Lancelotto, & in Bononien. fideicommissi de Nascentori*s*, 15 Aprilis 1644, coram R. P. D. meo Royas.

Non obſtant prætenſæ detrac*tio*nes, nam quod idem fideicommittentes ſolverint ſcuta 20. mill. ex cauſa æris alieni per eos contrach, quorum tercia pars ſpectat ad haeres Francisci, ex persona Comitis Jacobi, tollitur ex eo, \* quia vel dicta debita fuerunt ſoluta de bonis fideicommissi (prout eſt veriſimile, dum non extant loca Montium, censu*m*, & aia jura eidem fideicommisso ſuppoſita) & non eſt locus novæ detrac*tio*ni ſanctæ memorie Gregor. decis. 580, n. 4, Duran. decis. 183, n. 7, & in recent. dec. 516, num. 2, part. 2.

Vel fuertunt ſoluta ex bonis liberis, & clara eſt conveſto inter ipſos inita, quod bona non poſſent alienari pro ſolvendis eorum debitis, niſi de communi \* omnium conſenuſ, undē cum de illo nullo modo doceatur; imò fratres prædicti ſolverint de bonis liberis, cefſat prætenſio huſtmodi, Put. decis. 281, lib. 3, Caval. decis. 561, n. 1, cuī alii per Gratian. diſcept. forenſ. lib. 3, c. 416, nu. 4, & ſeqq.

Et eadem reſponſione tollitur alia prætenſio, tam quod dotem Elen*æ* ſororis eorumdem fideicommittentium, quām quod dotem alterius Elen*æ*, & Vincenti*æ* filiarum Com. Jacobi, quia illæ fuerunt ſoluta de bonis liberis, quorum exi-

7 ſtentia impedit, \* ne poſſit agi contra bona ſubjecta fideicommisso, Salicet. in l. final. n. 4, C. de reb. Eccles. non alienan. ſanct. mem. Greg. dec. 266, n. 10, Buratt. dec. 641, n. 1, & ibi Adden. n. 19.

Nec refert, quod fideicommittentes præcepere, rint ſeſminas deberi dotari de bonis fideicommissi, \* quia id venit intelligendum, ſecundum diſpoſitionem juris communis, quatenus ſcileſit ex bonis liberis dictæ dotes conſtitui non poſſint, juxta doctriṇam Caſtr. in conf. 64, n. 4, lib. 2, Rota coram Seraphino decis. 440, nu. 4, Duran. decis. 82, n. 15, & 16, & in recent. decis. 77, n. 8, part. 5, & decis. 49, n. 7, & ſeqq. p. 6, cum aliis per Addent. ad ſanct. mem. Gregor. decis. 543, n. 5, & per Addent. ad Buratt. decis. 641, n. 20, & ſuit dictum in Romana Salviani de Caſalibus 11 Martii 1643, coram R. P. D. meo Peutingero.

Cefſat pariter alia detrac*tio* quoad ſcuta 12, mil. de quibus omnes tres fratres fideicommittentes convenerunt poſſe diſponere; Nam cum

9 dicta conveſto \* emanaverit poſt condiſum fideicommissum per viam contrac*tus*, & poſquam omnibus ad illud vocatis quæſitum fuit jus irrevo*cabiliter*, non licuit amplius à primo contrac*tus* diſcedere, & novis pactis, & conveſtionebus illum alterare, ad text. in l. perfec*ta* C. de donat. que ſub modo, Molin. de primogen. Hispan. lib. 4, cap. 2. n. 75, vers. in ſecundo caju. Surd. decis. 206, n. 5, Rota dec. 354, n. 3, part. 4, & dec. 58, n. 42, & ſeqq. part. 6, recent. & firmatum fuit in prima diſcione hujus cauſe, ſub die 4 Maii 1648, quæ ex ſtylo Tribunalis, ſupponenda venit, Rota dec. 354, n. 3, p. 4, rec. & dec. 604, n. 4, p. 5.

Irrelevans etiam viſa fuit prætenſio reſpectu dotis Comitissæ Gentilis, nuptiæ de anno 1588. Comiti Jacobo; Tum quia illa preſeruando expreſſe fideicommissum conveſtione, de anno 1616. cefſit \* omnia Jura Comiti Joanni, in quem propter*æ* earumdem actionum exercitum traſlatum fuit, l. ſi à creditore C. de act. & oblig. Rota decis. 303, n. 7, & decis. 551, n. 2 p. 1, recent. Tuū etiam

quia dōs fuit promissa, poſt condiſum fideicommissum prædictum. Unde Agenti ad illius conſequitionem, incumbit onus probandi \* non extare bona libera, quicquid in contrarium diſendum eſſet, ſi jam fuſſet detrac*tata*, ut dixit Rota in Romana censu*m* 26 Junii 1647, & 1 Junii 1648, coram R. P. D. meo Bichio. Nam fideicommissarius habet intentionem fundatam, ſuper prohibitione, & fideicommisso, Franch. dec. 241, nu. 2.

Demum quoad legitimam Comitis Francisci, prætenſam in bonis Patris, advertebant Domini, quod idem Franciſcus fuit haeres Universaliſ, à Patre inſtitutus, ejusque bona, & haereditatē obtinuit: Unde haeredes illius fruſtra petunt quod intus habent. Et tamen eſt certum, quod illa \* non poſteſt detrahi de fideicommisso particula*r*, quale eſt iſtud, de quo agitur, niſi quatenus alia bona non extant, Caſtr. conf. 247, nu. 4, vers. ſed quando lib. 1, Menoch. conf. 401, n. 138, Bellon. jun. conf. 48, n. 55, Rota coram Buratt. decis. 693, nu. 8, & ſeqq. Bononien. fideicommissi de Bolognini*s* 1 Decembris 1643, coram R. Salamantino, in Bononien. fideicommissi ſeu domus 30 Aprilis, & 10 Decembris 1646, coram R. P. D. meo Bičio, & in Ravennaten. bonorum 1 Februario*n* 1647. coram R. P. D. meo Corrado.

Quia verò in iſtrumento, in quo fideicommissum conſtitutum fuit, reſervarunt ſibi tranſigentes ſcuta 1000. ex cauſa teſtandi, censuerunt Domini illa deberi, ſed elle compensanda cum fructibus \* à die moſe lit*is* ex adverſo perceptis, 13 qui illiquid ſaltē reddunt dictum creditum haeredum, Rota decis. 77, n. 15, decis. 391, n. 6, part. 5, recent. & firmatum fuit in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 21 Junii 1649, coram R. P. D. meo Peutingero.

Prout pariter illiquid remanent detrac*tio*nes ſuperius diſcedat tam ex diſtis fructibus perceptis ex iſdem bonis, \* quām etiam ex pluribus 14 alienationibus factis per Comites Jacobum, & Franciſcum de bonis fideicommisso ſubjectis, ut in ſummario n. 19, quæ vel præſumuntur æquare prætenſas detrac*tio*nes, Rota decis. 298, n. 3, p. 6, recent. Romana fideicommissi de Victorii*s* 10 Martii 1627, coram Merlino, cum aliis per Addentes ad ſanct. mem. Gregor. decis. 185, n. 6. Vel onus probandi contrarium tranſerunt in Adverſarios, Bald. in l. cum de lege ff. de probat. Rota decis. 88, n. 25, & ſeqq. & decis. 126, nu. 29, & 33, & decis. 163, n. 6, p. 7, recent. & in Bononien. fideicommissi Glavarini*s* 23 Januarij, & 5 Maii 1636, coram Rever. Terracinen.

Maximè attento pacto adjecto in eadem tranſactione inita inter Comitem Joannem, & Comitem Franciſcum tunc viventem, quod ultrà lib. 7000. quæ eidem fuerunt conſignatae, nullas poſſet detrac*tio*nes prætendere; Per qualis voglia capo, o caſo, à diminutione delle coſe ſtabilitate, ut in ſummario n. 20. Quæ verba tunt adeo generalia, ut nullam reſtrictionem recipiant, ſed omnia, & quæcumque capita detrac*tionum* \* includant, etiam in tranſactione non expreſſa, Specul. in tit. de iſtrum. preſent. ſ. fin. vers. quid ſi quis, Rota decis. 149, n. 3, part. 1, divers. & coram Penia decis. 177, nu. 1.

Reliqua vel non indigent reſponſione, vel ſublata remanent ex decisionibus in cauſa factis.

Et ita decisum utraque parte informantē.